



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 59. Literarum Pontificarum fata & sucessus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII. VI. Reges, Principes, Magistratus  
A. C. 1716. non possunt excommunicari propter  
 suæ Jurisdictionis exercitium.

Hos articulos Facultas die prima  
 Decembris in publicis comitiis prælegit  
 & cuilibet Doctori eorum transumptum  
 tradi jussit, ut suam quisque desuper  
 sententiam diceret: tandem anno se-  
 quenti die decima quinta julii eadem  
 Facultas ex consensu centum viginti  
 octo Magistrorum hos articulos pro suis  
 agnovit, & die secunda Augusti typis  
 mandatos confirmavit.

## §. LIX.

*Literarum Apostolicarum fata &  
 successus.*

*Dorsann.*  
*l. c.*

Postquam die sexta Decembris Episcopus  
 stola S. Collegii ad Cardinalem  
 Noaillium unacum literis ad Episcopos  
 Acceptantes & ad Facultatem Parisien-  
 nam in Gallis advenerant, Quesnellus  
 fautores toti in eo erant, ut harum  
 successum, atque expeditionem præ-  
 pedirent: Horum ergo impulsu die de-  
 cima sexta ejusdem Mensis præprimis  
 Parisiense Parlamentum, & ad ejus  
 exemplum illud Normanicæ, Burgun-  
 dicum, Metense, Tolosanum, Britan-  
 nicum, aliaque Parlamenta, editis de-  
 cretis prohibuerunt, ne Episcopi ullas  
 Potestates

Pontificum literas vel Bullas recipere-  
 rent, nisi prius Regio *Placeto* munitæ  
 forent, *hic enim usus*, inquiebant, *cum*  
*ipso Gallicæ Monarchiæ exordio adolevit,*  
*Et fundatur in auctoritate Regia, cujus*  
*exempla de sæculo in sæculum in Historia*  
*occurrunt, Et ex primitivæ Ecclesiæ regi-*  
*mine tanquam pretiosum depositum ad nos*  
*pervenit.* Insuper Cleri Procuratores  
 die duodecima Decembris encyclicam  
 ad omnes Regni Episcopos epistolam  
 transmiserunt, Aurelianensis Ducis no-  
 mine significantes, quod sparso rumo-  
 re, Pontificis literas ad omnes Regni  
 Præsules esse mittendas, nullus sine  
 expressa Ducis licentia ullas Pontificis  
 literas recipere audeat, sed si quovis  
 modo ejusmodi literæ ad eos pervene-  
 rint, mox quivis illas ad præfatum Du-  
 cem remittat, quin earum transump-  
 tum fieri permittat. Huic mandato  
 Aquensis, & Narbonensis Archiepiscopi,  
 atque Episcoporum nonnulli majore,  
 quam par esse videbatur, sedulitate ob-  
 temperabant, & Pontificis epistolam,  
 cujus plura transumpta Cardinalis Pau-  
 luccius ad Episcopos transmiserat, ne-  
 quidem rupto Sigillo ad Ducem Aure-  
 lianensem remisere. Rhemensis Ar-  
 chiepiscopus idem quidem fecerat, ad-  
 didit tamen epistolam ad Cardina-  
 les, ceterosque Præsules Parisiis con-  
 grega-

Sæc. XVIII.

A. C. 1716.

Sæc. XVIII. gregatos, in qua acrius in Opponen-  
A. C. 1716. tes Episcopos inuictus, eos appellavit  
 hæreticos, simulque Papæ epistolam  
 integra fide descriptam typis imprimi,  
 eamque ad suæ Diæcesis Episcopos & Pa-  
 rochos transmitti curavit. Pariter Car-  
 dinalis Rohanius illam cunctis Prælu-  
 libus ad se venientibus communicabat.  
 Ipsemet Dux Regni Regens debita ve-  
 neratione Pontificis literas ad se dire-  
 ctas recepit, sacri tamen Collegii epi-  
 stolam Noaillo tradere, spectata re-  
 rum vicissitudine minus consultum cen-  
 sebat, pollicebatur tamen, se eidem  
 illam quoque consignaturum, quam pri-  
 mum optati successus spes affulgeret,  
 quæ tamen admodum exigua esse vi-  
 debatur, aucto indies magis opponen-  
 tium numero & audacia; quippe Amia-  
 renis, & Gifensis Parochi, necnon De-  
 fessartius cunctas Parisinæ Diæcesis Pa-  
 rochias pervagati, Parochos sollicita-  
 bant, ut epistolam quamdam suo chi-  
 rographo munirent, in qua Cardina-  
 lem Noailium ad recusandam Consti-  
 tutionis acceptationem hortabantur.  
 Hanc Parochorum epistolam, necnon  
 Rhemensis Archiepiscopi literas Uxel-  
 lius Marescallus die decima nona De-  
 cembris ad Regni Regentem detulit,  
 petens, ut utraque hæc epistola suppri-  
 meretur: Hic vero totum hoc negotium  
 com-

commisit Parlamento, quod tamen, Sæc. XVIII.  
 quid de Rhemensi statueret, in ancipiti A. C. 1716.  
 hærebat; ejus enim epistolam suppri-  
 mere, nimis levem esse pœnam arbi-  
 trabatur, in ejus vero personam sæ-  
 vire, eo non audito, nec obtento Du-  
 cis mandato haud licuit: Per latus  
 ergo hunc Archiepiscopum petere, de-  
 cretum: peropportunam ad hoc occa-  
 sionem præbuere, ut paulo antememo-  
 ravimus, non modo Facultatis Theo-  
 logicæ Doctores, sed etiam tres Ec-  
 clesiæ Metropolitanæ Canonici & toti-  
 dem Parochi, qui a sui Archiepiscopi  
 mandato appellarunt, ac propterea per  
 Officialis sententiam anathemate per-  
 culsi sunt: Quamvis vero Ludovicus XV.  
 Rex hanc causam ad suam Curiam  
 evocasset, nihilominus Cathedrale Ca-  
 pitulum & Facultas Theologica palam  
 declararunt, se nunquam recepisse Con-  
 stitutionem, ejusque acceptationem  
 fuisse nullam: Insuper Archiepiscopi  
 decretum, quo die decima quinta  
 Octobris infamem libellum, cui titu-  
 lus: *Testimonium veritatis*, proscripsit, nec-  
 non sententiam excommunicationis in  
 duodecim Canonicos dissidii Auctores  
 latam recipere detrectarunt, ab ea tan-  
 quam ab abusu die decima quarta No-  
 vembris ad Parlamentum provocantes:  
 Illud vero Archiepiscopi epistolam &  
*Hist. Eccles. Tom. LXIX.*      Y      man-

**Sæc. XVIII.** **A. C. 1716.** **Ordini, Magistratibus, Universitati & Facultati Parilinæ injuriosum præscripsit, ejusque sententiam esse meram jurisdictionis abusum declaravit. Juxta hanc Parlamenti decisionem octodecim illi Rhemenses Ecclesiastici, quamvis excommunicati & suspensi essent publice tamen Divina celebrarunt Mystera, non sine magna fidelium offensione, & Regulares ad S. Genesevam suorum Seminaristas incitabant, ut Archiepiscopi Superioris sui auctoritatem perulam vilipenderent: quocirca Archiepiscopus eis præfati Seminarii regimen ademit: Pontifex vero Pietro Francisco Lafiteau tum Romæ agenti injunxit ut datis literis suo nomine contra Parliamentorum rationes Regenti significaret, quod I. nulla Constitutio dogmatica a primis Gallicæ Monarchiæ aspiciis usque ad Ludovici XIV. Regimen fuerit Regiis literis munita, nec Parlamenti actis inserta, sed primum Bullæ Alexandri VII. qua Formularium subscribi præcipiebatur, die vigesima nona Aprilis Anno 1665. ad Parlamenti tabulas relata fuerit. II. Quod nullus Franciæ Rex usque ad Ludovicum XIV. pro publicandis & exequendis Pontificum Bullis dogmaticis declarationibus aliquam ediderit, sed solus & primus**

Rex præfatus die quarta Julii An. 1653. Sæc. XVIII. A. C. 1716.  
 ejusmodi declaratione Innocentii X. Bullam contra quinque Jansenii propositiones promulgari & observari mandavit. III. Quod nullum rescriptum Apostolicum usque ad decimum quartum sæculum in Regno fuerit prohibitum, sed omnes literæ & rescripta Pontificia in Galliis usque ad dissensionem inter Bonifacium VIII. & Philippum Pulchrum exortam libere fuerint executioni data, & primum præfatus Rex *Expeditiones, literas, Processus, & Scripturas* (nunquam tamen Bullas dogmaticas) in Regnum invehit: Hæ rationes apud Serenissimum Regni Regentem tantum valere, ut Pontificem jure commotum placaturus, Concilium Episcoporum, de quo Parisiis celebrando agebatur, præpediret, non sine maximo summi Pontificis gaudio.

§. LX.

*Noailii Cardinalis severitas contra Jesuitas.*

Haud ignorabat Cardinalis Noaillius, Dorsann. Journal. pag. 238. Kettel. Dec. VI. pag. 819.  
 quod Jesuitæ tam Romæ quam in Galliis Constitutionis causam, & Episcoporum Acceptantium Zelum ore & calamo firmarent, Papam contra re-  
 Y 2 fracta-